

obseruari. In cuius rei Ratihabicionem Sigilla omnium nostrorum vna cum Siggillis Dominorum supradictorum, qui presentes vel vt presentes huic facto fuerunt, presentibus sunt appensa. Datum Anno, Die et Loco supradictis.

På frånsidan: Grelunda j skane.

Af sigillen hafva fattats N. 1, 2, 4–6 och 8. N:o 3 och 7 (adliga) äro aftecknade.

1909.

1313 d. 26 Mars.

Linköping.

Vice Lagmannen i Östergötland MAGNUS WALDEMARSSON och JOAR BIRGERSSON intyga, att Kaniken Olofs faster Katarina och hennes man Sven och deras barn, på tinget samtyckt, att bemälde Kanik må fritt disponera sina ärfda och förvärfda ägodelar.

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 182 *).

Omnibus presentes litteras inspecturis MAGNUS. WALDEMARI quondam filius vices legiferatus gerens ostgocie¹⁾ et JOARUS BIRGERSSON²⁾ salutem in domino Tenore presencium constare volumus omnibus euidenter quod die lune lineopie proxima post dominicam letare. que dicitur laghthingxmanadagher. in presencia nostra constituti. sweno gener discreti viri domini Olaui canonici lincopensis et vxor sua katerina amita eiusdem domini O. Necnon et liberi eorum videlicet petrus. geruatus et Jngerunis³⁾ recognouerunt publice⁴⁾ et expresse consensum suum voluntatem et assensum dedisse penitus. vt dictus dominus O. de bonis suis omnibus que sibi paterna uel materna successione aut titulo donacionis aut empacionis seu eciam causa profecticia aut aduenticia uel eciam quoquis alio modo prouenerant⁵⁾ possit libere testari. donare. et ad libitum voluntatis ordinare. Renunciantes in hiis omnibus et singulis exceptioni doli mali in factum. condicioni indebiti omni iuris auxilio canonici et ciuilis specialiter iuri. generalem renunciacionem non valere ac omnibus aliis⁶⁾ iuris et facti excepcionibus dicta bona iure hereditario aut quolibet alio modo uel genere exigendi petendi. calumpniandi. impetendi necnon et de cetero reuocandi. Ad horum igitur euidenciam pleniorem sigilla nostra vna cum suggillis dominorum kanuti jonsson illustris regis sveorum dapiferi. Rørici birgersson²⁾ necnon et øiari nichisson.⁷⁾ jngolphi de awrstadhum.⁸⁾ guthormi⁹⁾

¹⁾ Bland Brocmans afskr. i fol. (Miscellan. 5: 40) finns en afskrift efter originalet i K. pergamentsbrefs-samlingen, med följande olikhetter. — ¹⁾ in ostgocia. — ²⁾ byrierson. — ³⁾ Jngirunnis. — ⁴⁾ pupplice. — ⁵⁾ prouenant. — ⁶⁾ aliis omnibus. — ⁷⁾ nicholæsson. — ⁸⁾ aurstadh. — ⁹⁾ gudhormi. —

dicti kryl et hultonis de myklaby¹⁰⁾ vna cum sigillo consulum lincopensium qui huic facto vna cum multis aliis fidedignis interfuerunt. presentibus sunt appensa Datum et actum die et loco supradictis Anno domini MCCCXIII.

Allmän öfverskrift: Prebende Hundabergh.

1910.

1313 d. 26 Mars.

Lund.

ANDREAS DAVIDSSON af Öttorp pantsätter 2:ne gårdar i Göddelöfs (eller Görslöfs?) kyrkoby till Kaniken Thomas samt Johannes och Daniel, söner af borgaren Ubbe i Lund, för 70 mark lödigt silfver, Dansk vigt, som hans fader lånt, och som skola återbetales på Skånes allmänna ting närmast före den 15 nästinstundande Aug.

Registr. Eccl. Lundens. perg. pag. 206.

Omnibus presens scriptum cernentibus ANDREAS DAUIDSØN de øtthorp. salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi me. exhibitoribus presentis. viris discretis. magistro thome canonico lundensi Johanni et danieli filiis vbbonis quondam ciuis lundensis bone memorie in septuaginta marchis puri et examinati argenti. sub pondere daco. tam ratione tricentarum marcharum scaenium denariorum nouorum. pro quibus bona omnia mobilia et immobilia in gøttersløff kirkeby sita. videlicet due curie in quibus morantur thorstanus et nicolaus. per patrem meum dilectum dicto vbboni ac suis heredibus prius eciam inpignorata fuerunt. quam ratione aliorum debitorum quorumcumque jn quibus nomine dicti patris mei. dictis magistro thome. johanni et danieli tenebar qualitercumque obligatus teneri et esse efficaciter obligatum. dictis filiis vbbonis in placito generali scanie proximo ante assumptionem beate virginis iam instantे. sine omni impedimento integraliter persoluendis. pro qua quidem argenti summa. predictas duas curias in gøthersløff cum omnibus mobilibus et immobilibus dictis curiis adiacentibus videlicet agris pratis estimacionibus omnibus et aliis quibuscumque inpignero et scoto tali condicione. quod si dicta summa argenti in termino prefixo soluta non fuerit. extunc dicta bona supradictis filiis vbbonis cedant jure perpetuo possidenda Nec ipsi mihi seu alicui patris mei heredi aliquid addere teneantur. Promitto jnsuper et obligo me supradictis filiis vbbonis. dicta bona cum singulis adiacentibus prelibatis pro omnibus patris mei heredibus et aliis quibuscumque personis appropriare. et ab omni impetione cuiuslibet. illibata penitus conseruare Jn cuius rei testimonium sigilla discretorum virorum dominorum. patris mei dilecti Nicolai

¹⁰⁾ mithalby. —